



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Gratia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

legitima, nisi aliud declarauerit focer in vltima voluntate. Non tamen tenetur computare si opes, aut dignitas personarum sunt adeo magna, vt præsumatur donatio. Tenetur tamen restituere donata vxori à consanguineis eius. cap. 17. num. 166.

Licite recipit fructus pignoris fructiferi traditi sibi à socero in securitatem soluendæ dotis. Idem dicendum de quolibet marito. Ibidem.

Quod si focer mutuet genero quantum debet ei pro dote, vt ei relinquat pignus ad percipiendum ex eo fructus, quos gener potest percipere, peccat. 273.

GENERATIO: Peccat mortaliter cõlux præbens, vel sumens aliquid ad impediendam generationem, quamuis fiat animo non habendi plurimos filios, quos alere non possit. Quod si propter hoc semen fundatur extra vas, est peccatum cõtra naturam. c. 16. n. 33.

GRADVS vniuersitatum liciti sunt. cap. 14. num. 31. lit. K. §. 20. & in Nou. nu. 43.

Peccat mort. qui dicit se habere gradum quo caret. cap. 25. n. 59. Item qui accipit gradum immeritum. num. 55.

GRATIA data ad dispensandum cum aliquo cognita veritate precum, quando expiret re integra, morte concedentis. vide tit. Dispen



Dispensatio. De gratia Sacramentorum, vide in suis titulis.

---

G V L A.

**A** **E**ST vitium inclinans ad comedendum, & bibendum inordinatè. Eius filia sunt quinque, Hebetudo mentis, Immoderata lætitia, Multiloquium, Scurrilitas, Spurcitia, cap. 23. num. 119.

**B** Gula ex se est venialis. Est tamen mortalis, quando in ea ponitur vltimus finis, vel violatur aliquod præceptum obligans ad mortale, quando imminet damnum notabile salutis propriæ, vel proximi, vel ob eam non soluuntur ea quæ debentur ex iustitia. Aliàs verò est venialis, quamvis sine necessitate cibo & potu se ingurgitet vsque ad vomitum. c. 23. n. 119. Nou. n. 120.

Peccat venialiter qui incepta digestionem & nondum finita bibit, nisi iusta causâ necessitatis aut sitis excuset. cap. 21. n. 13.

Peccat mort. qui vescitur carnibus, vel alio cibo vetito in aliqua regione, etiam eo tempore, quo liceret ei, vesci illis in sua. Sicut è contrario non peccat vescens eis in regione, per quam transit, vel in qua moratur, quamvis in sua non liceret. c. 23. n. 120.

Peccat